Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26110
Copyright: Admont, Benediktinerstift



possimus eligimur dicente apto. qui elegit nos ante
mundi cōstitutionē. ut essemus sci & inma
culati in cōspectu eius. Orate immo pro me ut nō
ad condempnationis cumulū. s; ad iustificationis
augmentū saluatoris mi dona pficiant. Hęc &
his similia solebat pferre cū fletibus. miro eru
diens homines humilitatis exemplo. cuius uir
tutis fundamento munitus. tanta diuini mu
neris claritate fulgebat. ut ipsi quoq; hostes
heretici. reuerentissimis eū officiis honorarent.
Rgorū siquidē rex nomine flaccitheus in ipsis
regni sui cępit nutare pmordiis. habens Gothos
ex inferiori pannonia uehementē infensos. quę
innumera multitudine terrebat. Is ergo bea
tissimū seuerinū in suis piculis tamq̄ celeste cō
sulebat oraculum; ad quē dū uehementissi
me turbaretur aduenienis. deflebat se a Go
thorū principibus ad italiam transitū postulatū.
a quibus se non dubitabat si hoc eis denegatū
fuisset occidendū. Tunc ḡ a uiro dei hoc re
sponsū pdictus accepit. Si nos una catholica
fides adnecteret. magis me de uitę ppetuita
te debuisti consulere, sed quia de psenti tan
tum salute sollicitus. quę nob est cōmunis